

commodis epi, si his locis potius quam patria  
viam locare aliquando volet. Vale generose Comes,  
et hunc libellum meum Eulisia Orthodoxo, epi, fidi-  
nitritus dicatum clementer suscipe, observantia ergo  
te mea qualemque habem. D. Jesus te cum illustri  
familia Eulisia et Republ. diu benigne servet. Hei-  
delbergae Nonis Junii 1595.

271)

Memoriale pro Legatis  
Polonicis.

Rudolpho: Cui illust. Transilvan: Princeps, Regis mundi  
Baboni, qui hactenus sub clientela Turcica egit, Nobis se suam  
provinciam certis conditionibus subdidit, et regno Hunga-  
riae se de novo adjuverit, atque inter ejus conditiones una fuit, ut  
conjugem ipsi ex nuptiis nostri sanguine Austriaco daret, jam  
cura nobis esse, ut ipsi Ser. quondam Archiducis Caroli  
patris nostri Maximiani filiarum aliqua, qui ipse prope-  
det, debeat, ipsi ut Ser. Regi ac Reginae per Legatos  
nostros ratione nos dixisse docere, minime dubitantes,  
quod matrimonium illud, quod reliquis conditiones con-  
firmare debent, suo calculo approbaturum sit, testabuntur.  
Prag. 4 Febr. 1595.

272)

Davidi Pareo Jodocus Naum S.  
Qui tibi literas hasce exhibebit, Clarissime Viri Doctor, Nor-  
vegus est, vir et pietate et doctrina insignis, in Germa-  
niam cum Generosis adolescentibus missus. Nomen autem  
tuum admiratus ad te compellendum per meas literas sibi  
aditum parari voluit. Quod ipsam cum tibi gratum fore  
putarem, ac mihi non iniquum videretur, id officii viro  
doctissimo, qui forsitan in Patriam re versus libris scriptu-  
rarum reddet, non negandum esse putavi. Si qua ergo ra-  
tione eum aliquandiu Heidelberga commoraturum ju-  
vare poteris consilio et opera, des hoc adolescentibus gene-  
rosis puro religioni addictis et regno Danie et Nor-  
vegiae, si ita Deo visum fuerit, proficiendis. Maxima  
semper.